

Alte Drucke

APOLOGIA || FRANCISCI || MONTANI PRO SOCIETATE || IESV IN GALLIA. || CONTRA ANTONII ARNALDI || Aduocati Parisiensis Philippicam. || Ex Gallico in ...

Richeome, Louis

Cracoviae, 1597

Caput LII.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-154864

laudibus illustrissimi. Pericles quidem præceptis & institutis Anaxagoræ: Alcibiades & Crito Socratis: Agestilaus Xenophontis: Philelas Archytæ: Dionysius Syracusanus Platonis: Traianus Plutarchi, & alij aliorum. Verum ut improbitas & cæca mentiendi temeritas, quæ te ad dicendum & scribendum, & ad institutum Ecclesiæ Catholicæ fructuosissimum conuellendum impulit, magis elucescat; operæpretium arbitror, paucis adhuc demonstrare, Iesuitas non tantum non esse iuventutis corruptores, ut tu dicis, sed optimos Præceptores, ut omnes probi sentiunt.

CAPVT LII.

Notæ boni Præceptoris.

Vatuor his ornamentis præditum esse oportet Præceptorem bonum & probatum: *Scientia, docendi methodo, diligentia, & pietate*, quæ trium præcedentium decus est, & pretiosum monile. Scientia planè illi necessaria est; nam quomo-

L. Traditio ff.
de acq. rerum
Dom. L. si u-
niuersæ, C. de
uerb. sign.

do scientiam dabit, si non habeat: *Nemo dat, quod non habet*, ait Lex, & tuus Bartholus, suffragante experientia: & quæ admodum ignorantia omnium vitiorum fons est, ita scientia lux quædam est, quæ ad virtutis iter facem præfert: De coloribus nescit disputare cæcus, neq; alium erudire. Cæterum, num hoc primo ornamento Iesuitæ sint condecorati, certiùs & clariùs non cognoscetur, ut arbitror, quàm ex prælectionibus quotidianis & ex monumentis tam de Theologia Scholastica & positiua, quàm de Philosophia, Mathematica, Eloquentia, Poësi, Gramatica, recentè etiamnū Societate publicatis.

Sequitur methodus, ars, via & ratio tradendi disciplinas,

nas, cuius Magistro cumprimis necessaria, sine qua omnis doctrina chaos est, & rudis indigestaq; moles; & scholæ tēporis inaniter transmissi amissio. Hac ordinis & methodi laude florent præ aliis Iesuitarum scholæ, vt nonnullis exemplis hîc declarabo. Nam primùm Præfectus studiorum, postquam accuratissimo examine singulorum profectus explorauit, cuius classēm & stationem ingenio & eruditioni conuenientem designat, in qua liber scriptorū nullus explicatur, qui auditorum captum exsuperet. Deinde Magister eodem docendī modo & ordine discipulos erudit; neque vires ingenij duntaxat, sed & naturalem cuiuslibet cōstitutionem & affectionem sedulò inuestigat; vt hac cognita, expeditiùs & maiori cum emolumento, cuiuslibet liberalium artium cognitionem instillet, in eo etiam maximè elaborans, vt discipuli humanitate potiùs ducantur & beneuolentiā, quàm formidine pœnæ.

*Ordo & ratio
docetur in scho
lis Iesuitarum.*

Philosophi & Theologi, quotidie suo quicq; in auditorio disputant, lectionesq; auditas repetunt: quod Sabbatis singularum hebdomadam accuratiùs, & maiori cum apparatu fieri solet. Nec omittuntur disputationes & concertationes menstrue, Præceptoribus discipulisq; omnibus vnum in locum coactis, pugnam vel spectantibus, vel adiuuantibus. Quod genus certaminis aliis item anni temporibus initur & suscipitur, præsertim quando vel Philosophiæ vel Theologiæ Doctores inaugurantur, debitisque honoribus insigniuntur. Paruos, & qui tenerioris adhuc indolis sapiùs in singulos dies committit Præceptor ad prælium, idq; in omnibus politioris literaturæ classibus, ne infima quidem exclusa: Victor præmiolum reportat, vel locum potiore & dignitatem commilitonis deuicti. Est autem spectaculū visu iucundissimum, coram intueri puerulos tantillos angusto in pectore tam augustos spiritus versantes, & tanto a-

nimorum ardore conflictum hunc ingredienti; ut non modo de fama & gloria, sed & de integro regno agi videatur. Quolibet mense componunt Orationes, epistolas, poemata, & id genus alia, quibus diligentie & profectus documentis classium Magistratus petunt & ambiunt. neque enim ambitus hic lege interdictus. Et quid inausum, intentatumue relinquunt, quosque calamos ex theca non depromunt, ut vel Cæsaris, vel Regis, vel Prætoris, vel Consulis munus adipiscantur? His exercitationibus adiunguntur crebre declamationes priuatę & publicę, nec non Comædię, & omnis generis Dramata, argumenti non ludicri, sed grauis semper & eruditi.

*Diligentia, ter-
tia boni Magi-
stri nota.*

Nec carent Iesuîte diligentia, tertio boni Præceptoris ornameto, sine quo cæteris non multum roboris aut ponderis inest: nam neque domi, cum lectio paranda, tempus inutiliter terunt, neque in gymnasio vllum laborem refugiunt. Dato signo, vel à classe, vel ad classem id quod instat agendum sine cunctatione agunt, non secus ac milites, cum tubę cantu, vel ad pugnam, vel à pugna vocantur: Vidimus sæpè seculares, quibus vñ sumus Præceptoribus, bonam temporis partem dare deambulationi in area vel porticu Collegij, antequam gymnasium ingrederentur, ingressosque mox dicendi simul & docendi finem facere, & aliquando tota illa lectioni præstituta hora mutos esse. Quod apud Iesuistas nunquam contigit, quod sciam, & tamen plus quam 25. annos cum illis familiariter versor. Porro quemadmodum ipsi domi forisque diligentes sunt & industrii: ita etiam diligentes & industrios requirunt discipulos: hinc quotidie sedulo ab vnoquoque officij rationem reposcunt, & si quem segniozem & remissiorem deprehendunt, ratio officij neglecti reddenda est: si nulla suppetat, mulctatur semel atque iterum lenius & lenius, tertia vice periclitatur corium, ne vltimis lorisque conscribatur.

G A P.